Epistola 294. GUILIELMO ANSLARIO IOHANNES COCCEJUS. 403
IOHANNI COCCEJO BERNARDUS SOMERUS. 401
Reverende et clarissime Vir,
Præceptor honorande.

Moras et silentium meum non multis excusabo apud te satisfacienti
facilem, imprimis cum pauca hactenus digna quæ scriberem habuerim.
Et quidem hoc meum officium differre statueram, quousque absolvissem
pensum quod tibi absolvendum receperam. Sed cum interim ad examen
me præparare debeam vereor ne non possim illud meum pensum
detexere nisi peracto examine. Rogo igitur cl. tuam ut isto nomine
mihi ignoscat. [Imprimis quia video aliquamdiu mihi examine
supersedendum esse, cum testimonium Ecclesiasticum exhibere
non possim sine quo nemo examinatur. Quod ut mihi placeret
conficere ante aliquot hebdomadas enixe per literas rogavi D.
Mommam, sed cum responsum nondum obtinuerim nec sciam
in quo incili res hæreat, cogor me recipere ad Rev. tuæ mihi
testatissimum favorem, per quem humanissime precor, ut, si D.
Momma vel absens vel alio modo impeditus à D. Wyngarden id
testimonii nondum exegerit, per quemcunque à viro doctissimo
impetrare digneris et mittere ad me via commodissima.
Aliàs enim magno mihi impendio, examinis hæc mora constabit propter varias caussas quas cl. tuæ enarrarem si tecum
essem. nec libenter vellem inter has tempestates et temporis
inopiam molestum iter suscipere ut translaticium illud,
quod nemini ab Ecclesia negari potest, præsens procurarem.
Nam memini me aliquoties idem negotium absentibus jam
et digressis meis popularibus promovisse.] Merebitur fortassis
veniam mea necessitas, quod hoc negotium Dign. tuam rogem
quam alia potius omnia rogare debebam. quale est: Quomodo
angeli boni dicantur electi? Nam electio fidem et Mediatorem includit et antecedentem respicit miseriam. Angeli autem
nunquam ut miseri considerantur. Videtur hoc argumentum
patrocinari objecto prædestinationis possibili. 2. Cum Spiritus sanctus nos efficit membra Christi an persona Spiritus
in nobis est, an tantum operatio? 3. Genes. 1:30. ל videtur
esse nota dativi non inclusivum. [Nam] Genes. 9:3. demum animalia videntur homini cibus dari, addito: לכם נתתי ירק עשב את כל. cum dicitur כל רמש non an excluduntur insecta et venena
et si excludantur, quomodo additur כל
quid est ימים או עשור quidam hinc colligunt ימים notare VII. dies 4. Genes. 24:55.
Procuddubio, Vir clarissime, vidisti Potamocerae librum novissimum. pag. 577. multis tecum agit de Joh. 3:5. p. 813. ~~vocat~~
(Ar.) ~~misericordiam communem~~. dicit: Si decalogum dicamus esse
foedus gratiæ, asseri gratiam universalem ex præcepto II. quia
gratia non ad millenos sed ad singulares pertinet; quæ omnia
saltem mihi objectiones novæ sunt, monendam de iis Rev. tuam
existimavi, quamvis illas esse parvi ponderis videam, et posse egregiè retundi. Valde desidero scire an operæ non paullo melius
procedant in Epistola ad Romanos, item an non dignitatis tuæ
præterea sub prelum venerit. D. Corte ante paucos dies hic

Elit te tacten.

B. ℓℓℓℓℓ. prima
fol. ~~733~~ 737.

fuit, is reverentiam tuam multùm amat rogans me ut quam-
primum ad Cl. T. scriberem salutationem adde suo nomine
non omitterem. quemadmodum et Mater mea mecum rev. Tuam
ac Dominam uxorem familiamque honoratissimam salutat
et gratias agit de collatis in me beneficiis. Si dabitur occa[sio]
rogo, D. Momma meis verbis salveat. ita vale, vir clarissime
et Ecclesiam feliciter juva. Sic precor

Domini tuo addictissimus

B. Somerdus.

Vlissingae 4. d. XIII. Septembris
cIↄ Iↄ cXIII.

Responsum in prius editis Epistola CVIII.

 GULIELMO ANSLARIO IOHANNES COCCEJUS.

Dilectissimi fratr.

Superiori septimana exspectavimus literas vestras. Quæ quum non venerint, tamen scribendum putavimus. Nos, Dei gratia, commodè valemus. D. Verslius videtur in via esse ad ἀνάλυσιν. Nostri delegati sunt Daventriæ & Ziriziam ad petendum Arriam & Bruynis. † Nihil præterea hîc novi. ‡ De Loto, nescio. Abrahamo

co. ... Ego ... qui ... me, ... ger ... boei ... er ...

‡ optionē faciente, in eā partem digressus est. Etiam Abraham, quò veniebat, nesciebat, an timor Dei ibi esset. Inter improbos luxit Lotus. Quò iret, si malos vellet fugere? Tamen apparet, Deū ita constituisse, ut ipse jacturā pateretur & tentaretur, Abraham servaretur. Nobis certum sit, abeundum esse à malis, si liceat. Lotus potius debuerat manere cū Abrahamo & rixā ^{suorū} compescere. In eo peccavit.

22 f ... jam habet 12. exemplaria Loc. Communium. De quibus nescio quas mihi rationes sit redditurus. Bibliopolis vendimus 4 f aut paulò ~~minùs~~ minoris. §. De Convallensibus scribebas nuper. Esse politicos, qui censeant, non posse eos dici rebellis resistere, quippe magistratui suo. Fateor, eos in statu durissimo ... tamen hîc quædam attendenda. Sunt civitates, ... non sunt

... rosis, qui ... siterunt. Et anxium ... varis dominis populum asservarunt. Potestati ... cum non est. Sed, qui jurisdictionē suam supergreditur, ei impunè resistitur. Potestatem enim eam nō habet. Non puto duces Sabaudiæ habere potestatem vel pacta violandi vel inauditos condemnandi ~~vel~~ vel ~~vexandi~~ subditos, ~~ut~~ judicio privandi. Quando cū iis armatis pacem fecerunt, arma approbarunt. Saltem reliquerunt ipsis per fœdera, privilegia & conscientiæ libertatem. Igitur abdicarunt eam jurisdictionē, si habuerant aut habere se putaverint. Cogor finire. De his expecto tuū judiciū. Valete. a. d. 8. Octob. 1663.

Vestri amantissimus

Joh. Coccejus.

Uit te laten, en de ingetekende in de plaats te stellen

fuit, is reverentiam tuam multum amat rogans me ut quam-
primum ad Cl. T. scriberem salutationem adse suo nomine
non omitterem. quemadmodum et Mater mea mecum rev. Tuam
ac Dominam uxorem familiamque honoratissimam salutat
et gratias agit de collatis in me beneficiis. Si dabitur occa-
rogo, D. Momma meis verbis salveat. ita vale, vir Clarissime
et Ecclesiam feliciter juva. Sic precor

Nomini tuo addictissimus

B. Jomerdus.

Vlissingæ a. d. xiii. Septembris cIɔ Iɔ clxiii.

Responsum in prius editis Epistola CVIII.

Myn Heer
Myn Heer Joannes
Coccejus S. Theologiæ
professor in de univer-
siteit

Tot

Leiden

Het port is betaelt

Cito
Cito